

# BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

## ARZOBISPADO DE TOLEDO.

Su Ema. el Cardenal Arzobispo de esta Diócesis continúa sin novedad en Rema.

Creemos oportuno insertar en este número los siguientes decretos de la Sagrada Congregacion de Ritos:

«An in Dominicis Adventus, et quadragesimæ omittenda sit collecta à Superioribus imperata?

» Resp. Negative, exceptis *Dominica Palmarum*; et *Dominica IV Adventus in huius occursu cum vigilia Nativitatis D. N. I. C.*, in quibus omittenda est collecta imperata. S. R. C. 20 apr. 1822. In una Catronensi.

» Archipresbyter, et Canonici Ecclesiae Collegiatæ Oppidi Cherii Taurinensis Diocesis pro declaratione infrascripti dubii humillime supplicaverunt.

» An post Missam solemnem decantata in nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi liceat successive celebrare Missas privatas, nec non sacram Eucaristiam Cristifidelibus illam depositentibus exhibere?

» S. Rit. C. iuxta alia decreta respondit: *Negative. Et ita declaravit; die 3 decembris 1701. Taurinensi.*

» In Natali Domini; in tribus Missis: quæritur, an post sumptionem Sanginis eundo, et redeundo ad medium Altaris sit facienda genuflexio, et vertendo se celebrans ad *Dominus vobiscum*; vel ad dandam benedictionem, num debeat renes vertere ad Altare, cum (ut creditur), species vini non sint disseccatae in calice. Quid ergo fieri debet?

» Et S. R. C. respondit: *Serventur Rubricæ Missalis Romani de rito servando in celebratione Missæ*, (in quibus nullam genuflexionem faciendam esse præscribitur.) Et ita servari mandavit die 20 iulii 1686. *Angelopolitana.*

» Rmus. Episcopus Gerunden. quærit. Usque ab anno 1808, in hac Ecclesia Cathedrali Matutinum Nativitatis D. N. I. C. Vespere prima vigilia noctis decantatur, et circa auroram dicitur prima Missa, quæ iuxta rubricas post Matutinum celebrari debet. Quæritur quid in casu agendum? S. R. C. resp. *Serventur Rubricæ Missalis; et Matutinum*